aeneum super omnē terram· regibus iudae principibus eius & sacerdo
tibus & populo terrae· & bellabunt aduersum te· & non p̄ualebunt· quia
tecum ego sum ait dn̄s ut liberem te; De scribit sermo diuinus cur prophe
ta timere non debeat; ego inquid posui siue dedi te hodie· hoc est in praesen
tiuita donec uocatur hodie· quasi ciuitatem firmissimā non ut unam domū
nec turrem· aut aliqua moenia· sed omnē ciuitatem· quae sita super montē
latere non potest de qua scriptum est; Glorio sa dicta sunt de te ciuitas dī;
& ego ciuitas firma· ciuitas quae oppugnatur; & in columnam inquit fer
ream· de qua scribit apostolus; colūna & firmamentum ueritatis;
unde petrus & iohannes qui putabantur colūnae ecclesiae dextras
dederunt paulo & barnabae communionis; nec hoc sufficit sed in murū
ait aeneum· qui nulla uiolatur rubigine nec caesus imbribus deperit·
sed uetustate fit fortior; erit autē talis contra reges & principes & popu
lum· non cuius liber loci sed terrae qui terrena sapiunt & caelestia non nouer;
qui habent imaginē choici & non caelestis; hi inquit bellabunt aduersū te· &
non praeualebunt; Cur quaeso· quae est tanta fortitudinis causa· ut nec re
ges· nec principes· nec sacerdotium· nec populi· aduersū unū praeualeant·
sequitur; quia tecum ego sū ait dn̄s ut liberem te; Si quando reges iuda· qui inter
pretatur confessio & principes eius & sacerdotes & populi episcopi uidelicet &
presbiteri & diaconi & uulgus uilgatq· ignobile· contra sanctum uirū consur
gere uoluerint· habeat fidei firmitatem & timere desistat quia a dn̄o auxiliante
superabit; Et factū est uerbū dn̄i ad me dicens; uade & clama in auribus hierū
salē dicens; hoc in lxx non habetur; sed sub asteriscis de theodotionis editione
addītū est· qui uerbū hebraicū carahi· p quo nos diximus clamasi uel praedica

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Bodleian Libraries

http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0020